festū q̄ȝ Joachi patris marie virginis. pōt elici ex grāꝝ redū-
dantia v̄ginis marie Magis eñ et cicius sctificata fuit Eli-
zabeth vt ꝓphetaret exultāte Johe in vtero ei⁹ q̄ȝ zacharias
pr̄. q mutus ꝑmāsit donec infans nasceret̄ Magis quippe
redolet de natura cōtenti cōseruās q̄ȝ infundēs. magis p̄terea
manet odoꝛ fragrantie in manu floꝛē tenentis q̄ȝ alteri dātis
seu vellicantis Sic ergo copiosioꝛ grā redūdauit ex maria ab
om̄i oꝛiginali p̄seruata. et copiosa grā in vtero materno san-
ctificata in Annā matrē q̄ȝ in Joachim patrē Tn̄ q p̄ceptuȝ
dedit de honoꝛe parentum gaudet et gloꝛiat̄ de honoꝛatione
parentū suoꝛū. qui est bn̄dictus in secula deus Amen.

De quodā ꝓdigo adolescēte ꝑ āmonitionē bti Jacobi et
btē Anne deuoto circa quē meritis btē Anne mira cōtigerunt
et de liberatione eius a casu ꝑiculoso et sctē Anne cultu maxie
ampliatione. Capitulum decimum.

In ciuitate quadā opulētissima magna ⁊ populo-
sa. filius erat ꝓcōsulis cuiusdā p̄potentis. q paren-
tibus suis defunctis peste epidimie solus heres pre-
diues suꝑmansit sed adolescentiū moꝛe inexpertoꝝ pꝛodigus
effectus est et vite dissolute. ita vt dū etatis sue annum ageret
vicesimum. quemadmoduȝ nix in sole. sal in aqua. glacies in
igne. stupa in flamma vorace perdurare consueuit. sic ipse
in foꝛtunatus in cunctis diuicijs defluentibus ad egestatem
peruenit. Reliquerunt eum amici necessarij reliquerūt tꝑalia.
reliquere videbat̄ etiā ip̄e altissim⁹. qm̄ ip̄m reliquerat pꝛius
Taȝ hoies q̄ȝ elemēta. et ois creatura ip̄i putabant̄ aduersari
ventus turbulentus deoꝛsum in terrā cōcussit domū suā oib⁹
bonis repletā. fulgura choꝛuscatiōes. ac tonitrua. deiecer̄t ac
cōbusserūt hoꝛrea. ac frumēta in eis cumulata pecudes et ar-
menta peremerunt grandines. vndarum vehemētia dirutis
aggeribus submersit agros fertiles et pascua necnon pome-
ria sua eradicauit fructifera. et in fructuosa reddidit. Que oia
licet sibi acciderent. tamen pꝛopter vite sue petulātiā neminē
habuit consolantem. sed et insuper ab amicis veluti sanctus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-236/0029
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG